



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Marcus Ev. 25. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

April.
co-
s im-
chra,
dixi-
runt,
i An-
ontra
Amb.

Le-
. U:
regi-
s, ais,
i non
a Bo-
amus
oante
ro sed
lliter
el sed
Galæ-
s dies
uibus
, cum
ceno-
ravit?
t tam
pudi-
Chri-
suum
it, &
por

25. April. VITÆ SANCTORVM. 209
post quadragintadiale jejunium traductum, in
eādem eremo à Virgine, in quā ipse traduxerat
olim, annulo sibi visendus despōsavit, multisque
aliis miraculis ornavit. Ultimò è vitâ BONA inter
risum cantusque abiit. Quid miraris lector? dum
vixit, flevit. Ex Bzovio 13. tom. ann. Eccl.

Fidelis & religiosus animus ea, quæ sunt cœlestia,
concupiscat, & divinarum promissionum avidus in
amorem se incorruptibilis boni & in spem verae lucis at-
tollat. S. Leo Papa in Ann. Assump. suæ serm. 2.

S. MARCUS EV. 25. Aprilis.

MARCVS ut primum res Christi gestas litteris
consignavit, à Petro Alexandriam legatus
est: cum ipso etiam Evangelium in urbem pene-
travit. Cum enim sub portâ Anianus cerdo detri-
tas Apostoli soleas reficeret, subulaque in lævam
exerrante, Deum, ut fit in adversis, inclamaret,
MARCVS vulneri remedium fecit, & Anianum
magno operæ pretio ad Christi Religionem tra-
duxit. Sed cum ob quotidiana fidei incrementa
MARCVS insidiis appeteretur, Anianum pro se ur-
bi Episcopum dedit, ipse Pentapolim abiit. Indi-
dem biennio post Alexandriam rediit, ubi ad
aram ipse Dominicæ Resurrectionis festo die ca-
ptus raptusque per urbem, Paschalis pro Chri-
sto factus est victima. È nocte Angelus nomen
suum Marco albo Cæli inscriptum monstravit, &
Christus ipse magno præsens fuit solatio: posterâ
luce cum laqueo gula implicaretur, tam citò con-
stringi non potuit, quin celerior anima ad Supe-
ros evolaret. Cadaver ne tortores exurerent, coor-
ta repente tempestas rogam omnem cum bustua-
riis disjecit. Nunc de illius tumulo Italia Germa-
niaque

niaque certant, ut de Homeri cunis Græciae urbes, līte tantō sanctiore, quantō dignior est, qui Christi, quām qui Achiliis prælia scripsit. Ex Brev. Rom. & S. Hieron.

Sic est vita nostra, quasi homo in domo alienâ, nesciens quâ horâ vel die dominus domûs dicat, vade foras, quia non est domus tua, in qua es. O saculum vnum! quid nobis tanta promittis, dum decipis? Auctor serm. ad Fr. in Eremo.

S. BASILEUS EP. MART. 26. Aprilis.

Scelus heu! ingens, juventus. Tuis manibus tuam occidis, eheu! toties castitatem, cum olim viri sancti occidere pro alienâ non dubitarent. Prodeat BASILEVS, & dum pro alienâ pudicitâ pugnat, pugnare pro nostrâ nos doceat. Erat Licinio Imperatori in Parthenone virgo, virginis nomen Glaphyra, addictissima Christo & castrati. Huic insidias tyrannus Cupido per alterumtyrannum Licinium moliebatur. Glaphyra ab amore docta fugere, ipsa quoque alas assumit, & ad Episcopum BASILEVM abit. Sed nihil latet ex cum licet Amorem. Proditur virgo apud Imperatorem, & unâ virginis custos Pontifex, & jubet utrumque vinclum adduci Licinius. Commodum Glaphyra morte beatâ vincula effugit, sed subit BASILEVS vas pretiosi pudoris. mox jubetur aut fidem aut caput ponere. Nec multum ille apud animum suum deliberat, abjicit caput, ut fidem servet. Utrumque & caput & truncum corpus seorsim in mare proturbant carnifices. Sed qui aut corpus aut caput Martyris periret, si neque unus ex hoc capillus est peritus? Angelus Elpidophoro viro Christiano in cælis animum BASILEI,

in